in Offic. Jurid. Polit. *Bodenſteinius* in Juriſprudentia Politica. Multa etiam ad Ethicam Politicamque pertinetia in ſuo Commiſſario requiſivit & explicuit *Rutgerus Rulant*. *Iacobus Gothofredus* quoque in ſuo Manuali per totum Juris Corpus Axiomata quædam magnam partem Ethico-Politica collegit, quibus ordo tantùm certus ſyſtematicus, facili negotio addendus, deeſt. Add. Sententias Ethico-Politicas in CL. *VVoldenbergii* Manipulis. *Phyſica* verò Juris fusè explicata eſt in *Pauli Zacchiæ* Quæſtionibus Medico-Legalibus, & *Ioh. Bapt. Codronchii* Methodo teſtificandi in Quæſtionibus Medico oblatis. *Geometriæ Iuridicæ* ſpecimen dedimus in ratione reddenda *l. ult. D. fin. regund. ſpecim. Quæſt. Philoſ. ex jur.* quæſt. 3. *Arithmeticæ Iuridicæ* copioſa in Legibus eſt meſſis, addatur *Budæus* de Aſſe, & *Ioh. Bapt. Coſta* tr. de Quota & Rata. Et nos in *Arte Combinatoria problem. 3. n. 16.*

§. 50. Sed Logica inprimis & Meta-